MONVMENTA GERMANIAE

Bartoldus de Heylingen et Gerhardus de Cappel.
Hii duodecim fuerunt nobiles cum quinque sacer-
dotibus et aliis quampluribus militaribus, cle-
ricis et laicis, qui omnes fuerunt ordinati ad cu-
riam suam et in familia ipsius vocati. Et Cr. Th. 17, 5.
dum ipse Lodewicus cum suis transfretavit
propter fidem, pro qua paratus fuit mori corde
et corpore, veniens in Sicilie regnum, febre
correptus, videns sibi imminere periculum Iherosolimitanum
mortis, vocans ad se patriarcham Iherosoli-
mitanum suscepit ab eo ecclesiastica sacra-
menta devotissime et mortuus est sub anno Cr. Pamp.
Domini MCCXXVII. tercio Idus Septembris in civi- Cr. Th. 17, 5.
tate Otrant. Et ossa sua in reversione suo-
rum translata sunt de loco mortis in Thu-
ringiam et sepulta in sepulchro parentum
in Reynhardisborn anno Domini MCCXXVIII, f. 131.
presente matre, uxore, fratribus et filio suo c. 421.
Hermanno primogenito. Interim, dum adhuc
ossa defuncti Lodewici non pervenirent ad Thu-
ringiam, Heinricus frater Lodewici Elisabeth
uxorem de castro Wartpergk de consilio ma-
lorum hominum amovit, que cum parvulis
suis in miseria vixit in civitate Ysenache,
et nullus recepit eam hospicio, qui esset
alicuius reputacionis, quia timebant, ne offen-
derent Heinricum Lantgravium, sed oportuit,
ut cum pauperibus se reciperet. Deinde trans-
tulit se in Kitzingen ad abbatissam cogna-
tam suam. Ubi postea etiam filia sua moni-
alis effecta est. Quam miseriam et paupertatem
percipiens episcopus Babinbergensis, cognatus
suus, ipsam tulit in Babinbergk et honorifice
tenuit. Et dum ibi esset, venerunt milites et